Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12

MARIENBIBLIOTHEK HALLE A/S.

Kern 86
(1-54; a-g)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12

(52)

INDEX

LABORVM

QVIBVS

ACADEMIAE FRIDERICIANAE

PROFESSORES

PER SEMESTRE AESTIVVM

IN

STVDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM

OCCVPABVNTVR

PRORECTORE MAGNIFICO

IOHANNE FRIDERICO STIEBRITZ

PHILOSOPHIAE ET OECONOMIAE P. P. O.

ET ALVMNORVM REGIORVM EPHORO.

P. P. d. XXII. APRILIS MDCCLXVII.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

LITTERIS IO. GODOFREDI TRAMPII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12

LECTIONES
PRORECTORIS, DIRECTORIS,
ET
PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES
PRIMARII.

IOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per ſemeſtre aeſtiuum 1) Lectiones *logico-metaphyſicas* reſtaurabit; 2) *fundamenta linguae ebraicae*, ad ductum *Danzii* tradet, iisque ad finem perductis, *doctrinam accentuum* explicabit; 3) *Ieremiae vaticinia* ex fonte interpretabitur. Neque iis deerit, qui lectiones *oeconomico-camerales* deſiderabunt.

IO. TOBIAS CARRACH *priuatim* 1) B. DNI. BOEHMERI *Inſtitutiones Iuris Canonici*, nec non 2) B. DNI. HEINECCII *Elementa Iuris Ciuilis* ſecundum ordinem *Inſtitutionum* interpretabitur, atque 3) *Collegio Proceſſuali Elaboratorio* inſeruiet deſiderantibus.

IO. AND. DE SEGNER hora XI tradet Phyſicam experimentalem; hora autem II. Elementa Arithmeticae et Geometriae denuo praeleget.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS poſteriorem ad Timotheum epiſtolam ita interpretabitur, vt ſimul vſum eius in miniſterio eccleſiaſtico vberius declaret.

IO. GEOR. KNAPP 1) hora VIII—IX. *theologiam dogmaticam* rurſus auſpicabitur. 2) hora XI—XII. *theologiam moralem* tradere conſtituit. 3) Die Domini hora V—VI. in *aſcetica* ſelectorum locorum S. S. *tractatione* perget.

IO. SALOMO SEMLER redibit 1) ad theologiae *dogmaticae* partem *primam*; 2) perget in theolgiae *polemicae* parte *ſecunda*; 3) continuabit hiſtoriam *eccleſiaſticam* inde a ſeculo XVI. 4) *Publicas* lectiones in vniuerſam *theologicam* eruditionem habebit, praeeunte libello: *inſtitutio* breuior ad liberalem eruditionem theologicam.

IO. AVG. NOESSELT 1) *publice* veritatem religionis Chriſtianae contra Atheos, Deiſtas et ſimiles defendet ita, vt duce vtatur *Epitome* Apologiae ſuae pro Chriſtiana religione, quae Epitome in mercatu Lipſienſi edetur. *Priuatim* 2) interpretabitur e curſu interpretationis N. T. *Euangelium Ioannis*, *Acta Apoſtol.*, *Epiſtolam Paulli ad Ebraeos*, et, ſi tempus permiſerit, epiſtolas catholicas; ac 3) annuis lectionibus illuſtrabit *doctrinam de moribus Chriſtianorum* regendis. De aliqua alia lectione ſi quid conſtituerit, id ſuo tempore e loco publico ſignificabit.

IOANNES FRIDERICVS GRVNER 1) *publice* B. IO. LAVR. A MOSHEIM *Einleitung die Wahrheit und Göttlichkeit der chriſtlichen Religion gründlich zu beweiſen und gegen die Vngläubigen und Deiſten zu vertheidigen* interpretabitur; addita confutatione *atheorum*. Porro *priuatim* 2) *Theologiam dogmaticam* pertractabit; 3) in librum ſuum de *Oratoria ſacra* commentabitur. 4) *Pericopas Epiſtolicas* per totum annum eadem methodo illuſtrabit, qua ſuperiore ſemeſtri illuſtrauit Euangelicas.

IVRIDICAE.

DANIEL NETTELBLADT *publice* hora III—IV ſuam *Introductionem in iurisprudentiam poſitiuam*, cuius noua editio ſub prelo eſt, explicabit. *Priuatim* docebit hora VIII—IX et II—III *ius naturae* ad tertiam ſui ſyſtematis huius iuris editionem; hora IX—X *ius germanicum priuatum*, praeunte DN. DE SELCHOW; hora X—XI *ius criminale* duce IO. SAM. FRID. BOEHMERO; hora XI—XII *ius feudale* ex. GEORG. LVD. BOEHMERI principiis huius iuris. Iis etiam, qui nomina ſua dabunt ante collegiorum initium, offert *priuatiſſimas* in *hiſtoriam litterariam iuridicam* praelectiones hora IV—V.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER horis VII—IX et II—III collegium Pandectarum ad finem perducet. Horis X—XI et I—II vero ENGAVII Elementa iuris criminalis explicabit.

GEORGIVS SAMVEL MADIHN 1) lectiones publicas *Inſtitutionum Iuris Ciuilis* continuabit hora I—II. et plene abſoluet 2) *Ius naturae* vniuerſum doce-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12

docebit *publice* hora IX—X. 3) *Ius Pandectarum* ad fora Germanica adplicatum duce B. BOEHMERO et prolixe intra ſpatium vnius anni temporis traditurus eſt hora VIII—IX et II—III.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL ſemeſtri inſtanti tradet 1) hora VII—VIII. Antiquitates Romanas ad Hiſtoriam iuris Romani eumque in finem vtetur BACHII Hiſtoria Iurisprudentiae Romanae. 2) Hora VIII—IX. Ius eccleſiaſticum ſecundum Compendium Ill. GE. LVD. BOEHMERI. 3) Hora XI—XII. explicabit HEINECCII Elementa Iuris ciuil. ſecundum ord. inſtitutionum. 4) Hora II—III. interpretabitur Ill. GE. LVD. BOEHMERI Principia Iuris feudalis. 5) Hora I—II. quouis die Saturni ad diſputandi exercitium operam offert.

PHILIPPVS ERNESTVS BERTRAM inſtante ſemeſtri commentabitur 1) in PÜTTERI kurzen Begrif des teutſchen Staatsrechts; 2) in Eiusdem Grundriß der teutſchen Reichshiſtorie & 3) in SELCHOVII Inſtitutiones *Iurisprudentiae germanicae.* Offert quoque praelectiones in ACHENVALLII *Notitiam politicam* praecipuorum Europae *regnorum.* Horas lectionibus deſtinatas e valuis publicis ſignificabit.

MEDICAE.

ANDREAS ELIAS BüCHNER hora matutina VII. ad VIII. *Fundamenta Pathologiae generalis* exponet; hora VIII. ad IX. et X. ad XI. *Therapiam ſpecialem*, iunctis ſimul neceſſariis regulis et cautelis practicis, in ſingulorum morborum curationibus obſeruandis, perſpicue tradet, et hora XI. ad XII. diebus ☽ ♂ ♃ et ♀ manuductionem ad *Formularum medicarum praeſcriptionem* ſuppeditabit, horumque laborum initium finitis nundinis Lipſienſibus d. xxv. Maji b. c. D. faciet.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER *priuatim* horis VII—VIII. et II—III. fundamenta *Chirurgiae* theoretico-practica ad ductum HEISTERI tradet; hora IX—X. in elementa *artis obſtetricariae* B. ROEDERERI commentabitur; hora XI—XII. inſtitutiones *Therapiae generalis* Ill. LVDWIGII debita illuſtrabit perſpicuitate; diebus vero Mercurii et Veneris, hora I—II. de *faſciis chirurgicis* ad libellum BASSII exponet, adhibendasque monſtrabit.

IO. PET. EBERHARD hora IX—X. docebit *Phyſiologiam* ad ductum Tom. I. *Conſpectus Med. Theor.* a ſe editi. Praeterea vel *Pathologiam*, vel *hiſtoriam Medicinae* tradet. Reliquae praelectiones erunt philoſophicae.

FRIDERICVS CHRISTIANVS IVNCKER per ſemeſtre aeſtiuum hora IX—X. in priuatiſſimis *exercitationibus clinicis*, veras morborum hiſtorias cum curationibus explicabit, atque porismata inde ac animaduerſiones epicriſi quadam deducet. Hora XI—XII. *Phyſiologiam* ad ductum *Inſtitutionum Phyſiologiae* Cel. LVDWIGII perſpicue tradet. Hora II—III. *Simplicia medicamenta*, ex tribus Naturae regnis deſumta, praemonſtraturus, eorum vires et vſum, iuxta *Compendium* ſuum *Materiae medicae* explanabit. Denique hora III—IV. lectiones *Chemicas theoretico-experimentales* offert; quibus qui intereſſe voluerint, vt mature dent nomina, amice rogantur.

PHILOSOPHICAE.

ANDREAS ELIAS BüCHNER *publicis* in *recitationibus* vſum Hiſtoriae naturalis in Medicina ſingularem, quoad potiora eius capita, oſtendet et exponet; *priuatim* autem occupatus erit in illa Hiſtoriae naturalis parte, quae *animale* complectitur *regnum*, diesque ac horas laboribus hisce deſtinandas conſueto tempore ſeorſim indicabit.

GE. FRID. MEIER docebit hora IX—X. *Metaphyſicam* B. BAVMGARTEN; hora III—IV. *Logicam* ad ductum compendii ſui.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM hora VII—VIII. *Hiſtoriam Vniuerſalem Regnorum et Rerumpublicarum Europae*, ad filum *compendii ſui*, et hora VIII—IX. *Hiſtoriam Sacri Romano-Germanici Imperii*, ad ſeriem *introductionis ſuae*, docebit. Nec iis deerit, qui collegium artis heraldicae deſiderabunt.

CHRIST. ADOLPH. KLOTZIVS *publice* perget in enarratione *Iliados Homeri*, inde a libro VIII. *publice* etiam *Archaeologiam*, ſeu rei lapidariae, ſtatuariae, pictoriae, gemmariae, numariae, librariae, ſcientiam tradet: *priuatim Horatii Odas* interpretabitur.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI hora VII matutina Hiſtoriam Vniuerſalem ad GEBAVERI Grundriß zu einer umſtändlichen Hiſtorie der vornehm-

ſten

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12

ſten Europäiſchen Reiche und Staaten; hora VIII Hiſtoriam S. R. Imp. ad PÜTTERI Staatsveränderungen des deutſchen Reichs interpretabitur; nec eorum deſideriis deerit, qui Hiſtoriam Sileſiae, et Notitiam ſtatiſticam Regni Pruſſici deſiderant.

IOA. LVDOV. SCHVLZE 1) iterum b. c. D. auſpicabitur *lectiones curſorias* in V. T. 2) *Pſalmos*, aut ſi pluribus placuerit, quendam librornm propheticorum interpretabitur. 3) Linguae *ſyriacae* et *arabicae* principia tradet. 4) In *Epiſtolam S. Pauli ad Romanos* commentabitur. Publice de locis Verſionis LXX. Interpretum, quae a veritate hebraica recedunt, exponere perget. Horae iuſto tempore indicabuntur.

IO. PET. EBERHARD hora I—II. *Phyſicam* tradet in proprium compendium, *Matheſin* vero *puram* et *adplicatam* ad ductum Wolfii explicabit, horasque e valuis publicis ſignificabit.

CAROLVS RENATVS HAVSEN hoc ſemeſtri aeſtiuo has inchoabit praelectiones et abſoluet: 1) publice, *Nouellas Politicas Lipſienſes* ex vniuerſo ambitu Hiſtoriarum et Politices hora V — VI diebus Iouis et Veneris explicabit; 2) priuatim, tradet *Hiſtoriam Brandenburgicam* et quidem primum breuiter ſeriem geſtarum illuſtrabit, deinceps vero imprimis, Notitiam pragmaticam Terrarum Brandenburgicarum ſecundum Poſitiones delineabit. 3) *Hiſtoriam Vniuerſalem* ſecundum librum quem euulgabit, Verſuch einer pragmatiſchen allgemeinen Weltgeſchichte. 4) Hiſtoriam Imperii Romano Germanici duce PÜTTERO, in notiſſimo libro, interpretabitur. 5) Hiſtoriam ſaeculi XVIII. imprimis ſeriem rerum hoc ſaeculo in comitiis geſtarum, diebus Lunae et Martis hora V—VI. ſecundum librum quem ſcripſit, Verſuch einer pragmatiſchen Geſchichte des XVIII Jahrhunderts, Halle 1766 explicabit. Reliquas horas harum praelectionum e valuis publicis ſuo tempore indicabit.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTL. ANAST. FREYLINGHAVSEN, alteram partem *ſectionum epiſtolic.* i. e. eas, quae a *Trinit. Feſt. ad Aduent.* explicantur, eadem qua adhuc vſus eſt ratione pertractabit. *Deinde* ex fonte ebraico *Pſalmos* ſuccincte enarrabit; nec deerit *dogmaticis exercitationibus*, hieme proxima *examinando diſputandoque* ſuſceptis.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE *ſelecto Auditorum numero artem relatoriam* ad ductum B. PARENTIS Anleitung zu Referirung der Acten tradet.

D. FRIDERICVS LEBERCHT SVPPRIAN oculorum morbos publice exponet; priuatim autem phyſiologiam et pathologiam generalem ad SCHVLTZII ductum pertractabit.

D. IOAN. CHRISTLIEB KEMME hora VIII—IX. in LVDWIGII *Inſtitut. Therap. gener.* commentabitur; hora XI—XII. vero *Patholog. ſpecial.* aut *Semiologiam medicinalem* tradet. Neque iis deerit, qui hor. I. II. die Saturni *Diſputatorium deſiderabunt.*

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM per hoc ſemeſtre aeſtiuum hora XI—XII. Ill. PÜTTERI *elementa iuris publici germanici* interpretabitur.

F. W. ELLENBERGER DE ZINNENDORFF Logicam et Metaphyſicam nec non minorum prophetarum explicationem ad hebraeos fontes hiſtorice et philologice tradet et ad accuratiorem linguae hebraeae intelligentiam Lamentationes Ieremiae cum grammaticis inprimis obſeruationibus exhibebit. Horas his laboribus deſtinatas ex tabula publica ſuo tempore declarabit.

IOH. CHRIST. FOERSTER hora X—XI. omnem *philoſophiam theoreticam* in curſu, aiunt, ſecundum ERNESTII V. V. *initia* hor. IX—X. philoſophiam *primam* hor. III—IV. *rationalem docebit.* Offert adhuc lectionem priuatiſſime inſtituendam vel *iuris naturalis et ſocialis* ad Syſtema Exc. ACHENWALL, vel *hiſtoriae philoſophicae.* Publice *exercitia diſputatoria* diebus Saturni reſtaurabit.

IO. G. IACOBI *publice*, die *Martis* Virgilii Eclogas, explicabit, die *Veneris* exercitationes ſermonis patrii inſtituet. *Priuatim* diebus *Lunae* et *Iouis* Taſſi Carmen *Hieroſolyma liberata* inſcriptum praeleget. *Priuatiſſime* iis, qui litteraturam Gallicam cognoſcere velint, ſtudium offert.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12

(52)

INDEX
LABORVM
QVIBVS
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PROFESSORES
PER SEMESTRE AESTIVVM
IN
STVDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM
OCCVPABVNTVR
PRORECTORE MAGNIFICO
IOHANNE FRIDERICO
STIEBRITZ
PHILOSOPHIAE ET OECONOMIAE P. P. O.
ET ALVMNORVM REGIORVM EPHORO.

P. P. d. XXII. APRILIS MDCCLXVII.

HALAE MAGDEBV
LITTERIS IO. GODOFR

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321704681-12